

§. 1. Ius autem civile à Iure Gentium distinguitur: quod omnes populi, qui legibus aut moribus *a* reguntur, partim suo proprio *b*, partim communi omnium hominū iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id

a) id est, iure scripto, aut non scripto.

b) ius proprium, hic est Civile: commune, ius Gentium. Caterum & ius Naturale multò magis commune dici meretur.

ipfius proprium civitatis est, vocaturque ius Civile, quasi ius proprium ipfius civitatis. Quod

verò naturalis ratio *c* inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, vocaturque Ius Gentium, quasi quo iure omnes gentes utantur. *d*

c) Hoc ius, quod ipsa naturalis ratio constituit, seu omnibus ac singulis hominibus equaliter dicitur, à Deo etoribus vocari solet ius Gentium Primævum: quasi

cum humano genere natū: cuius exempla sunt in l. 2. & 3. ff. de just. & jur. Est verò

aliud ius Gentium, quod Secundarium vocatur, quod non quidem cum ipsis hominibus natum, sed postea demum ab eis, in toto mundo, quasi in maximâ quadam Republ. viventibus, pro usu & necessitate communi, constitutum fuit: §. vers. nam usu exigente. h. t. & in l. manumissiones, 4. & seq. ff. de just. & jur. sed quo tamen, ut hic mox sequitur omnes gentes utuntur.

d) Ex quo & solo usu, peregrinis quoque seu gentibus, in civitate Romanâ permisso, dicendum erit, ius aliquod Gentium esse, usu nimirum, quod inventione atque auctoritate est civile: eò scilicet, quòd populus Romanus ius istud non in usum suorum civium proprium, sed promiscuum etiam aliarum gentium, ad se fortè venientium, invenit atque constituerit. vide C. I. A. de just. & jur. thes. 23. Ex quo & usus divisionis juris, in Civile & Gentium, apparet. fac. l. deportatus. 15. de interd. & releg l. 1. C. de hered. instit.

A. 6.

[1.] Et: